

BOLETIN



OFICIAL

DEL

**OBISPADO DE BADAJOZ**

---

SUMARIO: Santa Pastoral Visita. — Encíclica de S. S. sobre el *Jubileo Magno* de 1900. — Letanía del Sagrado Corazón de Jesús. — Instrucción á los señores Párrocos para el cobro y redención de Memorias Pías (conclusión). — Suscripción para un pavimento en la Iglesia de Santo Domingo.

---

**SANTA PASTORAL VISITA**

Nuestro Excmo. y Rvdmo. Prelado continúa practicando la Santa Visita Pastoral en las parroquias del Arciprestazgo de Almendralejo, disfrutando, gracias á Dios, de excelente salud.

---

## INDICTIO

## UNIVERSALIS IUBILAEI

## ANNI SANCTI

MILLESIMI NONINGENTESIMI

## LEO EPISCOPUS

## SERVUS SERVORUM DEI

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

• Properante ad exitum saeculo, quod annuente Deo Nos ipsi prope totum emensi vivendo sumus, animum volentes induximus rem ex instituto maiorum decernere, quae saluti populo christiano sit, ac simul curarum Nostrarum, qualescumque in gerendo Pontificatu maximo fuerint, extremum velut vestigium ostendat. IUBILAEVM MAGNVM dicimus, iam inde antiquitus in christianos mores inductum, decessorumque Nostrorum providentia sancitum: quem tradita á patribus consuetudo *Annum sanctum* appellat, tum quod solet esse caeremoniis sanctissimis comitator, tum maxime quod castigandis moribus renovandisque ad sanctitatem animis adiumenta uberiora suppeditat. Testes Ipsi sumus quanto opere is ad salutem valuit qui postremo actus est ritu solemniori. Nobis videlicet adolescentibus, Leone XII pontifice maximo: quo tempore magnum tutissimumque religioni publicae theatrum Roma praebuit. Memoria tenemus ac videre propemodum etiam nunc videmur peregrinorum frequentiam: circumeuntem templum augustissima, disposito agmine, multitudinem: viros apostolicos concionantes in publico: celeberrima Urbis loca divinis laudibus personantia: pietatis caritatisque exempla edentem in oculis omnium, magno Cardinalium comitatu, pontificem. Cuius recorda-

tione memoriae ex temporibus iis ad ea, quae nunc sunt, mens acerbius revocatur. Earum quippe rerum quas diximus, quaeque si in luce civitates, nulla re impediante, peragantur, mire alere atque incitare pietatem popularem solent, nunc quidem, mutato Urbis statu, aut nulla facultas est, aut in alieno posita arbitrio.

Utrumque sit, fore confidimus ut salubrium consiliorum adiutor Deus voluntati huic Nostrae, quam in eius gratiam gloriamque suscepimus, cursum prosperum ac sine offensione largiatur. Quo enim spectamus, aut quid volumus? Hoc nempe unice, efficere homines, quanto plures nitendo possumus, salutis aeternae compotes, huiusque rei gratia morbis animorum ea ipsa, quae Iesus Christus in potestate Nostra esse voluit, adhibere remedia. Atque id á Nobis non modo munus apostolicum, sed ipsa ratio temporis plane videtur postulare. Non quod recte factorum laudumque christianarum sit sterile saeculum: quin imo abundant, adiuvante Deo, exempla optima, nec virtutum genus est ullum tam excelsum tamque arduum, in quo non excellere magnum numerum videamus: vim namque procreandi alendique virtutes habet christiana religio divinitus insitam, eamque inexhaustam ac perpetuam. Verum si circumspiciendo quis intuetur in partem alteram, quae tenebrae, quantus error, quaam ingens multitudo in interitum ruentium sempiternum! Angimur praecipuo quodam dolore, quotiescumque venit in mentem quanta pars christianorum, sentiendi cogitandique licentia deliniti, malarum doctrinarum veneno sitienter hausto, fidei divinae in se ipsi grande munus quotidie corrumpant. Hinc christiana taedium vitae, et late fusa morum labes: hinc illa rerum, quae sensibus percipiuntur, acerrima atque inexplebilis appetentia, curaeque et cogitationes omnes aversae á Deo, humi defixae. Ex quo fonte teterrimo dici vix potest quanta iam in ea ipsa, quae sunt civitatum fundamenta, perniciēs influxit. Nam contumaces vulgo spiritus, motus turbidi popularium cupiditatum, caeca pericula, tragica scelera, nihil denique sunt aliud, si libet causam introspicere, nisi quaedam de adipiscendis fruendisque rebus mortalibus exlex atque effrenata decertatio.

Ergo interest privatim et publice, admoneri homines officii sui,

excitari consopita veterno pectora, atque ad studium salutis revocari quotquot in singulas prope horas discrimen temere adeunt pereundi, perdendique per socordiam aut superbiam caelestia atque immutabilia bona, ad quae sola nati sumus. Atqui huc omnino pertinet annus sacer: etenim per id tempus totum Ecclesia parens, non nisi lenitatis et misericordiae memor, omni qua potest ope studioque contendit ut in melius humana consilia referantur, et quod quisque deliquit, luat emendatrix vitae poenitentia. Hoc illa proposito, multiplicata obsecratione auctaque instantia, placare nititur violantum Dei numen, arcessere é caelo munerum divinorum copiam: lateque reclusis gratiae thesauris, qui sibi sunt ad dispensandum commissi, vocat ad spem veniae universitatem christianorum, tota in eo ut reluctantes etiam voluntates abundantia quadam amoris indulgentiaeque pervincat. Quibus ex rebus quid ni expectemus frutus uberes, si Deo placet, ac temporis accommodatos?

Augent opportunitatem rei extraordinaria quaedam sollemnia de quibus iam, opinamur, satis notitia percrebuit: quae quidem sollemnia excesum undevicesimi saeculi vicesimique ortum quodam modo consecraverint. Intelligi de honoribus volumus Iesu Christo Servatori medio eo tempore ubique terrarum habendis. Hac de re excogitatum privatorum pietate consilium laudavimus libentes ac probavimus: quid enim fieri sanctius aut salutaris queat? Quae genus humanum appetat, quae diligat, quae speret, ad quae tendat, in unigenito Dei Filio sunt omnia: is enim est *salus, vita, resurrectio nostra*: quem velle deserere, est velle funditus interire. Quamobrem etsi numquam silet, imo perpetua viget omnibus locis ea, quae Domino nostro Iesu Christo debetur, adoratio, laus, honos, gratiarum actio, tamen nullae gratiae nullique honores possunt esse tanti, quin longe plures ei debeantur longeque maiores. Praeterea num paucos saeculum tulit immemori ingratoque animo, qui divino servatori suo pro pietate contemptum, pro beneficiis iniurias referre consueverint? Certe ipsa ab eius legibus praeceptisque vita discrepans plurimorum argumento est flagitiosae ingratisimaeque voluntatis. Quid quod de ipsa Iesu divinitate Arianum scelus non semel renovatum nostra

vidit aetas? Macti itaque animo, quotquot populari incitamentum pietati consilio isto novo pulcherrimoque praebuistis; quod tamen ita efficere oportet, nihil ut Iubilaei curriculum, nihil statuta solemnities impediatur. In proxima ista catholicorum hominum significatione religionis ac fidei id quoque propositum inerit, detestari quaecumque impie dicta patratave memoria nostra sint, deque iniuriis, augustissimo Iesu Christi numini praesertim publice illatis, publice satisfacere. Nunc autem, si vera quaerimus, genus satisfactionis maxime optabile et solidum et expressum et inustum notis veritatis illud omnino est, deliquisse poenitere, et pace á Deo veniaque implorata, virtutum officia aut impensius colere aut intermissa repetere. Cui quidem rei cum tantas habeat annus sacer opportunitates, quantas initio attigimus, rursus apparet oportere atque opus esse ut populus christianus accingat se plenus animi ac spei.

Quapropter sublati in caelum oculis, divitem in misericordia Deum enixe adprecanti, ut votis inceptisque Nostris benigne annuere, ac virtute sua illustrare hominum mentes itemque permovere animos pro bonitate sua velit; romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigia sequuti, de venerabilium fratrum Nostrum S. R. E. Cardinalium assensu, universale maximumque Iubilaeum in hac sacra Urbe á prima vespera Natalis Domini anno millesimo octingentissimo nonagesimo nono incohandum, et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo noningentesimo finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, quod gloriae divinae, animarum salutis, Ecclesiae incremento bene vertat, indicimus per has litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Quo quidem Iubilaei anno durante, omnibus utriusque sexus Chistifidelibus vere poenitentibus et confessis sacrae Communionis refectis, qui beatorum Petri et Pauli, item Sancti Ioannis Lateranensis et Sanctae Mariae Maioris de Urbe Basilicas semel saltem in die per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, nimirum á primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae: si vero peregre vene-

rint, per decem saltem eiusmodi dies' devote visitaverin, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum Principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino concedimus et impertimus.

Quoniamque potest usuvenire nonnullis ut ea, quae supra praescripta sunt, exequi, etsi maxime velint, tamen aut nullo modo aut tantummodo ex parte queant, morbo scilicet aliaque causa legitima in Urbe aut ipso in itinere prohibiti; idcirco Nos piaeorum voluntati, quantum in Domino possumus tribuimus ut vere poenitentes et confessione rite abluti et sacra communione reffecti, indulgentiae et remissionis supra dictae participes perinde fiant, ac si Basilicas, quas memoravimus, diebus per Nos definitis reipsa visitassent.

Quotquot igitur ubique estis, dilecti filii, quibus commodum est adesse, ad sinum Roma suum vos amanter invitat. Sed tempore sacro decet catholicum hominem, si consentaneus sibi esse velit, non aliter versari Romae, nisi fide christiana comite. Propterea posthabere nominatim oportet leviorum profanarumve rerum intempestiva spectacula, ad ea conversos potius animo quae religionem pietatemque suadeant. Suadet autem imprimis, si alte consideretur, nativum ingenium Urbis, atque eius impressa divinitus effigies, nullo mortalium consilio, nulla vi mutabilis. Unam enim ex omnibus romanam urbem ad munera excelsiora atque altiora humanis delegit sibi que sacravit servator humani generis Iesus Christus. Hic domicilium imperii sui non sine diuturna atque arcana praeparatione constituit: hic sedem Vicarii sui stare iussit in perpetuitate temporum: hic caelestis doctrinae lumen sante inviolateque custodiri atque hinc tamquam á capite augustissimoque fonte in omnes late terras propagari voluit, ita quidem ut á Christo ipso dissentiat quicumque á fide romana dissenserit. Augent sanctitudinem avita religionis monumenta, singularis templorum maiestas, principum Apostolorum sepulcra, hypogea martyrum fortissimorum. Quarum rerum omnium qui probe sciat excipere voces, sentiet profecto non tam peregrinari se in civi-

tate aliena, quam versari in sua, ac melior, adiuvante Deo, discessurus est quam venerit.

Ut autem praesentes Litterae ad omnium fidelium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eandem prorsus adhiberi fidem, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo nono, Quinto Idus Maii, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI

VISA

DE CURIA I. DE AQUILA É VICECOMITIBUS


*Loco ✠ Plumbi*

*Reg. in Secret. Brevium*

I. CUGNONIUS

Anno á Nativitate Domini Millesimo octingentesimo nonagesimo nono, die undecimo Maii, iesto Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII anno vicesimo secundo, praesentes litteras apostolicas in atrio sacrosantae Basilicae Vaticanae de Urbe, adstante populo, legi et solemniter publicavi.

Ego Ioseph De Aquila é Vicecomitibus  
Abbreviator de Curia.



## Letania del Sagrado Corazón de Jesús.

### URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis d. d. 27 Iunii superioris anni Litanias Sacratissimi Cordis Iesu adprobavit illasque publice recitari vel decantari in Ecclesiis et Oratoriis dioecesium Massilien. et Augustodunen, atque Ordinis Visitationis B. M. V. benigne indulxit. Ex eo tempore Romanorum. Sacrorum Antistitum et religiosarum familiarum piarumque consociationum petitiones ita frequentes ad Apostolicam Sedem pervenerunt ut in omnium votis pateret esse maiorem gloriam et laudem ipsius Ssmi. Cordis cum incremento pietatis per invocationes approbatas ubique diffundi, prouti Ss. Nomen Iesu per Litanias proprias, Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christifidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod Sanctissimus Dominus Noster pro devotione qua fervet erga Amantissimum Cor Iesu atque studio remedii afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi consecrare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemniore ritu fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitis, prope diem indicere decrevit. Eapropter Sanctissimus Dominus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu iam probatae et indulgentiis tercentum dierum auctae ubique terrarum tum privatim tum publice recitari et decantari in posterum valeant, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 Aprilis 1899.

C. Episcopus Praenestinus Card. MAZZELLA,

S. R. C. *Praefectus.*

L. † S.

DIOMEDES PANICI, S. R. C. *Secretarius.*



## Litaniae de Sacro Corde Iesu.

---

Kyrie, eleison.

Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

Fili, Redemptor mundi Deus,

Spiritus Sancte Deus,

Sancta Trinitas, unus Deus,

1. Cor Iesu, Filii Patris aeterni,

2. Cor Iesu, in sinu Virginis Matris a Spiritu  
Sancto formatum,

3. Cor Iesu, Verbo Dei substantialiter unitum,

4. Cor Iesu, Maiestatis infinitae,

5. Cor Iesu, Templum Dei sanctum,

6. Cor Iesu, Tabernaculum Altissimi,

7. Cor Iesu, Domus Dei et porta coeli,

8. Cor Iesu, fornax ardens caritatis,

9. Cor Iesu, iustitiae et amoris receptaculum,

10. Cor Iesu, bonitate et amore plenum,

11. Cor Iesu, virtutum omnium abyssus,

12. Cor Iesu, omni laude dignissimum,

13. Cor Iesu, rex et centrum omnium cordium,

14. Cor Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapien-  
tiae et scientiae,

15. Cor Iesu, in quo habitat omnis plenitudo divi-  
nitatis,

16. Cor Iesu, in quo Pater sibi bene complacuit,

17. Cor Iesu, de cuius plenitudine omnes nos acce-  
pimus,

18. Cor Iesu, desiderium collium aeternorum,

*Miserere nobis.*

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

- |   |                        |
|---|------------------------|
| 19. Cor Iesu, patiens et multae misericordiae,  | <i>Miserere nobis.</i> |
| 20. Cor Iesu, dives in omnes qui invocant Te,   | »                      |
| 21. Cor Iesu, fons vitae et sanctitatis,        | »                      |
| 22. Cor Iesu, propitiatio pro peccatis nostris, | »                      |
| 23. Cor Iesu, saturatum opprobriis,             | »                      |
| 24. Cor Iesu, attritum propter scelera nostra,  | »                      |
| 25. Cor Iesu, usque ad mortem obediens factum,  | »                      |
| 26. Cor Iesu, lancea perforatum,                | »                      |
| 27. Cor Iesu, fons totius consolationis,        | »                      |
| 28. Cor Iesu, vita et resurrectio nostra,       | »                      |
| 29. Cor Iesu, pax et reconciliatio nostra,      | »                      |
| 30. Cor Iesu, victima peccatorum,               | »                      |
| 31. Cor Iesu, salus in Te sperantium,           | »                      |
| 32. Cor Iesu, spes in Te morientium,            | »                      |
| 33. Cor Iesu, deliciae Santorum omnium,         | »                      |

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Ÿ. Iesu mitis et humilis corde.

Ŕ). Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

#### OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui et in laudes et satisfactiones, quas in nomine peccatorum tibi persolvit iisque misericordiam tuam petentibus tu veniam concede placatus in nomine eiusdem Filii tui Iesu Christi qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. Amen.

Concordat cum originali, á S. R. C. aprobato die 27 Iunii 1898. In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, hac die 2 Aprilis 1899.

D. PANICI S. R. C. *Secretarius.*

## Instrucción á los Sres. Párrocos

### PARA EL COBRO Y REDENCIÓN DE MEMORIAS

(CONCLUSIÓN)

#### **Procedimiento para la reclamación.**

Se supone la existencia de la Memoria, y los Sres. Párrocos y Ecónomos examinarán detenidamente los libros de defunciones y las tablas antiguas de Memorias y aniversarios, que según las Sinodales deben hallarse en toda Parroquia.

Lean también los autos de Santa Visita y lo que en ellos han ordenado los Revdos. Prelados. Hecho este estudio con perseverancia y consagrandolo á esta investigación todo el tiempo que sea necesario para examinar el Archivo, practicarán otras gestiones cerca de las personas ancianas del pueblo, las que muchas veces facilitan datos importantísimos.

Para determinar las fincas, fíjense mucho en los deslindes naturales, como son, cauces, caminos vecinales, veredas, arroyos, ríos, etc., etc., porque los vecinos colindantes, según la antigua descripción de la finca, han variado y tienen ahora linderos nuevos, y aquí es importante consultar con personas de edad y conocedoras de la propiedad que existe dentro de la jurisdicción. Otro medio de investigación, y el más seguro, es el acudir al Registro de la Propiedad, en donde se hace la historia de la finca y antiguos poseedores. Dada la publicidad del Registro, los señores Párrocos podrán hallar allí cuantos antecedentes necesiten, solicitando la manifestación de los libros. Pueden hacer la petición verbalmente y tomar notas. Dice así el art. 227 del Reglamento:

«Los particulares que consulten el Registro podrán sacar de él las notas que juzguen convenientes para su propio uso, pero sin copiar los asientos ni exigir de la oficina auxilio de ninguna especie, más que la manifestación de los libros.»

Por cada finca que se consulte se abonará una peseta; pero puestos de acuerdo con el Registrador y tratándose de la consulta de un Párroco, no en interés particular, sino de la Parroquia, y llevando la lista de varias fincas, podrían hacer la revisión más económicamente. Si los poseedores de las fincas gravadas no se avienen, y es necesario proceder en juicio, se puede sacar la certificación literal ó en relación, según proceda. Para esto se hace primero un estudio en el libro de fundaciones, y con las Tablas

de aniversarios se va tomando nota de las que haya que consultar en el Registro. Estas notas han de contener: nombre del actual poseedor, pueblo y pago en donde están situadas las fincas, y nombre de los nuevos linderos. Con estos antecedentes inmediatamente se halla la finca, si está inscrita.

La piedad de nuestros mayores, libre y sin las trabas á que hoy es forzoso sujetarse, pudo imponer á sus bienes los gravámenes que fueron de su voluntad, en beneficio del culto de Dios y del bien espiritual de sus almas, dando lugar á la fundación de Memorias y aniversarios. Todas, por consecuencia, son anteriores al año 1863, y los Sres. Párrocos pueden utilizar para su inscripción en el Registro de la Propiedad los medios que la ley les concede.

En el reglamento de la ley Hipotecaria, art. 318, se dice: «Todo el que antes del día 1.º de Enero de 1863 tuviese á su favor algún derecho real, ó sea Memoria sobre los bienes inmuebles ajenos, podrá cerciorarse por los Registros de si consta ó nó su inscripción. Si la Memoria no se hubiese inscrito, á pesar de hallarse inscrita la finca á favor de su dueño podrá solicitar la inscripción de la Memoria. Si no resultase inscrita la Memoria ni la finca sobre que esté gravada, podrá el Párroco presentar desde luego su título para que se tome anotación preventiva». Este procedimiento, cuando se trata de corporaciones civiles ó eclesiásticas, está determinado en el Real decreto de 11 de Noviembre de 1864.

En el art. 8.º del referido Decreto dice: «Para llevar al efecto la inscripción en el Registro de la Propiedad, el Jefe de la dependencia expedirá por duplicado una certificación en que, ateniéndose á los inventarios ó documentos oficiales que obren en su poder, haga constar: 1.º, la naturaleza y situación de la finca, la carga real ó Memoria con que está gravada; 2.º, el tiempo que lleva de posesión, ó sea cuántos años hace que se fundó la Memoria y se viene cumpliendo. Esta certificación la dará el señor Cura, por estar constituido en autoridad pública ó jefe de su Parroquia, ó la dará el Diocesano, presentándola al Registrador de la Propiedad. Así pues, todas las Memorias que existen en una Parroquia pueden inscribirse; y si se teme que los poseedores de los bienes no han de pagarla, ó que se resisten al levantamiento de la carga, procede que antes de hacer la reclamación judicialmente se inscriba en el Registro.

El Párroco tiene personalidad para reclamar en juicio las Memorias, y la acreditará con sólo presentar el nombramiento que ha recibido del Prelado. Antes amonestará al poseedor de la finca en forma conveniente, haciéndole saber ó recordándole el gra-

vamen que tiene la casa ó heredad de su propiedad. Esta advertencia se harán verbalmente ó por oficio, pero siempre manifestando que obra en conformidad con los deberes de su cargo de Párroco, y en cumplimiento de instrucciones del Ilmo. Sr. Obispo. Cuando conste la Memoria en documentos y asientos de los libros de fundaciones, pueden ponerse á la vista de los poseedores, á fin de demostrarle que la Memoria se vino pagando hasta tal año y advirtiéndoles que es carga real y que no prescribe. Si están pendientes muchos años desde el último cumplido, podrán ofrecerles que el Prelado, usando de las facultades que se le conceden en el Convenio, podrá por benignidad apostólica condonarles parte de los atrasos. Facilitarles, en fin, que las Memorias se pongan al corriente, para que en lo sucesivo pueda cumplirse la voluntad de los testadores. Si gastados fueren sin éxito todos los medios de persuasión, se procederá judicialmente, fundándose en el derecho que antes hemos consignado. Cuando los atrasos importen menos de doscientas cincuenta pesetas, la reclamación se resuelve ante el Juez municipal, formulando la demanda como en los juicios verbales.

#### **Documentos que deben presentar.**

Acompañarán á la demanda, para hacer la prueba, el libro de fundaciones piadosas, en donde consten los autos de Santa Visita y el testamento en donde fuese fundada la Memoria; y si no lo tuviesen en el archivo parroquial, citar el año, y ante el Escribano ó Notario que se otorgó y protocolo en que debe hallarse, prometiendo presentarlo si no se allanase al pago el poseedor. Si en el libro de fundaciones existiese el reconocimiento hecho y firmado por alguno de los poseedores anteriores, esto constituye una prueba decisiva. También constituyen prueba las tablas de Memorias, en donde, juntamente con las que se trata de probar, existen otras reconocidas, cuyo cumplimiento tiene lugar actualmente. Hay tablas de Memorias muy bien hechas, que llevan las firmas de los Párrocos y que son un testimonio de la existencia de las Memorias. El valor legal de la prueba se ha de apreciar en conformidad con la naturaleza del asunto objeto de la demostración. Y tratándose de Memorias ó aniversarios fundados en la Parroquia, las tablas, que tienen tanta antigüedad, llevan al convencimiento del Juez que es justa la reclamación del Párroco. La Iglesia viene en posesión de la Memoria más de cien años; y habiendo desaparecido los testamentos en que fueron fundadas, no quedan más medios de prueba que los libros y tablas de fundaciones.

Las sinodales de la Diócesis, que están publicadas por acuer-

do de ambas Potestades, eclesiástica y civil establecen que en las Parroquias se formen tablas de aniversarios; luego estas tablas han recibido la sanción legal tan cumplida como puede desearse, para que tenga autoridad ante los Tribunales ordinarios. Nos fijamos en la importancia que tienen las tablas de Memorias, porque en muchos casos es el único documento de prueba que podemos presentar. Las tablas de Memorias tiene carácter de documento público, por estar formadas en virtud de orden superior y para efectos de interés público, que es el que tiene la Iglesia en ejercicios de sus funciones, y defendiendo los intereses de las ánimas benditas, no pudiendo ponerse obstáculo alguno á los Prelados cuando obren en conformidad con los Sagrados Cánones y en todas las demás casas que pertenecen al derecho y ejercicio de la autoridad eclesiástica. (Concordato de 1851, artículos 3.º y 4.º)

Además, el Santo Concilio de Trento, al encargar á los Prelados que hagan cumplir las Memorias, les concede facultades para establecer en las Parroquias el modo de conservar el conocimiento de la existencia de las mismas, habiendo sido adoptado por los Rdos. Obispos el formar cuadros ó tablas de Memorias, á fin de que los Párrocos las tuviesen á la vista y para que en el día determinado por el fundador se cumplieran. Por analogía, así como uno de los medios de probar el derecho de patronato son las presentaciones repetidas tal como constan en los libros de Santa Visita, así la existencia de las Memorias se prueba por haberse cumplido más de cincuenta años, según los autos dictados en Santa Visita en los libros de fundaciones. Dice el artículo 1.291 del Código civil: «Cuando haya desaparecido la escritura matriz, el protocolo, ó los expedientes originales, harán prueba las copias que tengan determinada antigüedad».

Cuando los Sres. Párrocos consideren que sus reclamaciones no son atendidas en juicio verbal, ya porque los Jueces municipales no sean Letrados y desconozcan el Derecho, ya por tener vínculos de parentesco ó amistad con los poseedores de las fincas, deben pensar si les conviene hacer la reclamación en juicio verbal respecto de los atrasos, ó les sea más eficaz y seguro el pedir que se reconozca la existencia de la Memoria. Tiene este procedimiento la ventaja de que el Juez municipal no puede dictar sentencia, y sólo intervendrá en el acto de conciliación para preparar la demanda. Para conocer cuándo procede esta tramitación, se mira el importe de la Memoria anualmente, y si multiplicada esta anualidad por 25 resultasen más de 250 pesetas, entonces puede intentarse el reconocimiento de la Memoria ante el Juzgado de primera instancia.

Si se intentase el juicio verbal, es necesario prepararse á la apelación en el tiempo determinado por la ley, que es en el acto de la notificación de la sentencia, ó dentro de los tres días siguientes.

### **Redención de las Memorias.**

Muchos poseedores, deseando poder transmitir á sus hijos las fincas libres de todo gravamen, solicitan la redención, y para que los Párrocos puedan facilitarles el modo de hacerla, indicaremos el procedimiento. Ante todo debemos consignar que solamente es potestativo en los Sres. Obispos el autorizar las redenciones de las Memorias de carácter eclesiástico y que tenga por fin la celebración de Misas ú otros actos del culto católico. Ante la Delegación de Hacienda del Estado no puede solicitarse la redención ni pueden autorizarla después del Convenio de 1867.

El que quiera redimir alguna Memoria hará una solicitud al Prelado, expresando pago en que se halla sita la finca, antiguos y nuevos linderos, años hasta que se ha cumplido la Memoria, acompañando el último recibo del pago. Vista la solicitud, se manda compulsar con los estados que existen en el Archivo de la Delegación de Capellanías y Memorias, y si se halla conforme, se procede á la liquidación.

Si hubiese atrasos y concurriesen circunstancias especialísimas en el tenedor ó dueño de la finca gravada, solicitará del Ilustrísimo Sr. Obispo condonación de alguna parte de atrasos. El tipo de la redención, como se trata de Memorias de pequeñas cantidades, es, por cada cuatro reales de carga, cien reales. Esto es, con cien reales, se deja libre la finca que tiene de gravamen una peseta anual. Para la celebración de las Misas de las Memorias redimidas, los Sres. Párrocos se entenderán directamente con el señor administrador de Acervos píos, que son los obligados en lo sucesivo á abonar anualmente el importe de la carga.

Así que reciban esta Instrucción los Sres. Párrocos, y después de hecha la investigación de las Memorias, pondrán una lista á la puerta de la iglesia haciendo constar el actual poseedor y la carga de la finca, para que llegue á conocimiento de los interesados.

Tal es el derecho, é indicado queda también el procedimiento para la reclamación de Memorias. Mas si los Sres. Párrocos quieren consultar á este Provisorato sobre algunos particulares, pueden hacerlo, y se les contestará con toda la urgencia que permita el despacho de los asuntos ordinarios.

Almería 1.º de Febrero de 1899.—El Provisor, *Francisco Ruiz de Velasco*.—(*Boletín Eclesiástico de Almería*.)

---

## SUSCRIPCION

para poner un pavimento nuevo á la Iglesia  
de Santo Domingo.

---

	Pts. Cs.
Suma anterior.....	1.393 75
D. Antonio M. <sup>a</sup> Arias.....	5
» C. J.....	10
D. <sup>a</sup> María de la O. Vaca.....	2 50
» Consuelo Martín.....	2 50
D. Emilio Macías.....	25
» Antonio Olivera.....	5
Una devota.....	15 »
D. J. H., Pbro.....	15 »
<b>SUMA.....</b>	<b>1.473 75</b>

(Continúa abierta la suscripción).

---

Badajoz: Imprenta y Encuadernación de Uceda Hermanos.